

*Papst Paschalis II. bestätigt dem von Grafen Ludwig gegründeten und dotirten Kloster Reinhardsb-
brunn die Kirche zu Tettenborn.* [1104 — 1109.]

Hdschr.: Fälschung. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 6^a. — Phot. H. St. A.

Gedr.: Stumpf, Acta Mag. 5 und Naudé, Die Fälschung der älteren Reinhardsbr. Urkunden 121. Jaffé 4354. 5

Anm.: Die Bulle ist gefälscht nach: 1. Urk. Erzbischofs Ruthard von Mainz von 1104. Gedr.: Schannat, Vind. litt. 1,180. (Böhmer-Will, Mainzer Reg. XXIV, 43.) 2. Urk. Reinfrieds von 1109. Gedr.: Schannat, Vind. litt. 1,111. 3. No. 1. Bulle Papst Paschalis II. von 1102 April 11. Vergl. Naudé a. O. 51.

: In nomine summae et individuae trinitatis. Paschalis servus servorum dei. Quoniam iustis votis assensum praebere iustisque petitionibus aures accommodare nos 10
convenit, : | omnibus Christi fidelibus notum esse volumus, quod monasterium quoddam
Reginherisbrunno dictum a Lûdouuico comite circa Loibam silvam propriis sumptibus
edificatum et proprietarum | possessionum collatione ditatum proque animae suae ac paren-
tum suorum salute beatis apostolis Petro et Paulo oblatum et in Romani pontificis defen-
sionem iure perpetuo | delegatum, nos, quemadmodum et antecessor noster beatae memoriae 15
Urbanus, ad honorem sanctae dei genitricis et virginis Mariae sanctique Iohannis evan-
gelistae, quorum nomini dedicatum est, sub tutela apostolicę sedis specialiter confovendum
protegendumque suscepimus. Quod nimirum monasterium paulatim per incrementa tem-
porum ex oblatione fidelium nec minus in timore dei ampliari et succrescere audientes
gaudemus. Ac ne quis collata et concessa, quod absit, in posterum aliqua violentia auferat, 20
universali Christi accliesiae commendantes intimamus, quod vir quidam Reginfridus et
uxor eius Vvillecha in loco proprii praedii sui, qui dicitur Tithenbrunno, ꝥcclesiam ad
honorem dei eiusque matris perpetuae virginis Mariae condiderunt, cui omnem circumia-
centem terram suae ditionis tradiderunt cum silvis pratis campis aquis aquarumve
decursibus viis et inviis exitibus et reeditibus, deinde in proxima villa, quae Bergeridon 25
dicitur, duos mansos, in Hervesliebon quatuor mansos, in Elbingon duos, item duos in
Rithrode, unum apud Rothagorode, dimidium apud Waffenliebe, in villa Stuchfürte prae-
dium unum octo mansorum cum omnibus suis appenditiis, item in secunda Peregeriedon
xxx mansos aut amplius, nec non in Steinbrucchon tres mansos, insuper decem mancipia,
sex eorum censualia et ^{or}iiii servili operi mancipata. Preterea recognoverunt ibidem deo 30
omnem decimationem trium dominicalium suorum, quae quoniam in potestate erat Mogon-
tensis archiepiscopi, cuius diocesi locus ille subiacet, Rûthardi scilicet, qui accliesiam
eandem dedicavit anno dominicę incarnationis mciiii, indictione xii, tradidit eandem deci-
mationem ꝥcclesiae illi ad usum ibidem deo servientium, cimiterium etiam eiusdem ꝥcclesiae
consecravit et licentiam illic sepeliendi et baptizandi episcopali auctoritate concessit. 35
Aecclesiam autem illam et omnia bona ad hanc pertinentia tradidit praenominatus vir
Reginfridus pro remedio animae suę, uxoris suae omniumque debitorum suorum ad mo-
nasterium Reginherisbrunno super altare sanctae Mariae sanctique Iohannis evangelistę,
ea conditione abdicans se omnibus his, ut, quamdiu ipse vivat, advocatus illic sit, post in
abbatis pendeat arbitrio, quem potissimum eligere velit, idemque provideat, ut certis tem- 40